intemit nō tñ approbāda cum nullus morte sibi iferre debeat sua autem castitate laudē pmeruit quia non sponte sed vi succubuit Unde psp in libro epigramatū Mens illesa nichil violato qui corpoē pdit Iniuria caris vulnera non maculāt Nec crimen facti recipit Non mixta voluntas Velle magis facinus q̄ tollerare nocet q̄ vba nil aliud sonāt nisi q̄ ille feīe peccāt que sua volūtate libidini ꝯsenciūt violate vero minime culpā non habent Sed restat q̄o grandis que sit violata mulier Plures eñ se violatas dicunt que modicis vbis obedierunt Verū q̄ mulier fragil est et facili occasiōe vt ꝑ plurimū seducit Veruītamē violari non creditur nisi q̄ntū in ea est vsqz ad atrocissima vbera restitisse vsqz ad mortē cōpiat Aut nisi ob probrij maioris pre timore ignominiā suā pmisisse cōtestet quod fecisse lucreciam legimus Plus enim stuprū q̄ mortem timuit Nec violatorē formidauit dicentem ei Te interficiam sed tūc tremor irruit in eā cum subiunxit Unū eñ ex gratiferis tuis te īterfecta iuxta te interfectū in lectulo ponā et dicā p̄ dolore tui stupri hanc necē me pegisse Quibꝰ auditis nimis si feīa fragil pauit obprobriū eñ plus morte timuit q̄a postmodū restituto honoē mortē vita pelegit Huius aūt valitudīs nescio femine si repeiant Scio tamē īpudicissimū genus eaꝝ Unusas vero plateas occupare et que inpudice sūt alias pudicas sibi simulari ptractāt vt multitudīe et ꝯformitate eciū bescēcia sue libidinis effugiat Et tractare si negant saltēm verbis scādalisant similes eis oēs alias ꝑdicāt q̄ similiter hijs de quibꝰ narrat Ualerius libro preallegato Refert enim q̄ coniuges theutunicorum cenauerūt mariū victorē vt virginibꝰ vestalibꝰ dono mitterētur pmittebantqz et affirmabant illis viris cōcubitus futuras expres quia scilicet se iactabant q̄ illas peruerterent Sed q̄ petebant non obtinuerunt Et ideo ipsa nocte laqueis se suspēderunt Huius autem maleficij plurime sunt que non cessant puellas ad venerē concitare libidinem suadere Et criminis pondus falsis per oracionibus alleuiare Tales maculant pollicias et eorum sub vmbra innumerabilia crimina fiunt eo eñ q̄ sexus suspicōne caret Ideo talibꝰ tractatibꝰ indubie ꝑch̄a loē īpie se exposit

De luxuria vitāda C xxv

Uxuria omni virtuti est inimica Ipsa via perdicōis obprobriorum iter

paluſtrās humo tā venus ocia
amat. Que verba hoc ſonant
 ocīū fomentū eſt libidinis
et oīm viciorꝝ. vnde q̄ntilianus
ca. iij. Ad omē vonū fluente fo
tuna laſciuit ociū Et ca. quarto
Neceſſe eſt ut facinus ardor
ociosus de facili in malū ꝓrum
pat Et ideo ꝓuēbiū grecorꝝ olī
erat iſtud. Quā quiſq; nouit
artem i hac ſe exerceat vt refert
Tullius in tuſcl. q. libro p̄mo
Unde didimus ad Alexandrū
Qui mittit auariciā nō exerce
mus ociū turpe deuitamus Nc
tn̄ omis reges ociū vocatur ſal
tē reꝓhēſibile Alia eīn ſedēdo fit
prudēs. Teſte cōmētatore viri
q̄q; ſtudioſi apud vulgū ocioſi
dicūt̄ q2 manibꝰ nō laborāt. nō
tn̄ pigreſcūt q2 mēte ꝯtēplāt
Hoꝝ aūt ociū ſi ita vocari debꝫ
laudabile eſt. vn̄. Tullius ī tuſ
cul. q. li. v. Quid eīn dulcius
ocio lr̄ato Ociū eīn lr̄atū ſtudiū
ē. Sꝫ agricole aliiq; opifices q̄
lr̄as neſciūt corpe n̄ laborēt in
vicijs facile cadūt. vn̄ Sn̄ ad
lucillū ep̄ lxxxij. Ociū īq̄t ſine
lr̄as mors ē ⁊ hoīs viui ſepultura

De caſtitate et pudicicia

Caſtitas hoīeȝ Ca xxiiij
facit ā; electū in mēte vi
uaciorē ī apparātu pulch
riorē in vita diuciorē ī fama ⁊
geſtu hoēſtiorē ⁊ caſtitatē n̄ ob
ſuāti difficile eſt alicui ſtudio
aut vtuti īte͂dere nā libido totā

mēte occupat totū corpus ex te
uat ⁊ tādē vires ſingulas deſti
tuit. iō Didimus ad alexādrū
Nos p̄gināri mēbra libidi nō
damus. Nec tamē reprobandi
ſunt qui copulati ꝯiugio prop
ter bonū ꝓlis et non ꝓpter li
bidinē ꝯuenīūt Quia teſte ſix
to pitagorico in ſuis ſentencijs
Adulter eſt in ſuam vxorē ardē
cior amator quia ſcꝫ ſpeciem a
dulterij ſapere videt̄ qui ſua
vxore ex ardore abvtit̄ Hoc tn̄
adulterium large acceptum ē
Caueant tn̄ ꝯiugati ne p̄textu
ꝯiugij libidine feruere p̄ſumāt
Nam veteres omnem libidinē
feruentem reſpuerūt. vxoreſq;
ad lubricitatē incitātes aſpre-
uerunt. Unde. Valerius libro
vi. nārat Q̄S ſuplicius gallus
vxorem ſuam dimiſit eo  vi-
dit ipſam capite diſcooptā de
foris ſuoq; apparatu allicien-
tē. Ideo. Tybullius. Caſta p̄
cor ꝯiunx maneas ſanctiq; pu
doris Nec ſis caſta metu queſo
ſed mente fideli. Sed lamentā
dum eſt pudiciciam iā fere pe
riiſſe ex toto. Et femine in qui
bus pudor exiſtē habet vt pli-
m^m viros prouocat ꝯiugij fidē
deſerūt virgineſq; querūt ſuū
violatorem. et vidue amaſium
veteres quoq; a lubricitate ve
ſepius non ceſſant. Tales eīn
t̄pis illius vt frequēt ſūt muli-
eres ⁊ ſi factis talia nō exerceant

Verūptū mentē vt frequēcius corrupte inueniūt· et metu poci us que proprio motū continēt Vnd Ouidius li· iij· sui titulo Et quia metu dēpto casta ē eadēqȝ casta est· tamqͣ dicat ꝙ mulier cōtinens metu casta non est Et ideo subdit· et bene ꝛucē iā cor pus adultera mens ē· nec mētē seruare pōt licet oīa claudas · omnibꝰ exclusis inter adulter erit · Sed nunqd turpe et scan dalosū non est si carnis luxus racōi supemineat Quid em vel let ancille fedissime ancillam cu ius caro luxuriosa est · Ob hoc em sapientes loca solitaria ꝛ de serta elegerūt· ne īpetibꝰ libi dis fatigarēt· Vn̄ rfert ieroīus cōtra iouinianū · ꝙ cū plato essꝫ athenis elegit sibi villā acha deīe ꝓcul ab vrbe vt libidinē euitaret · Rursus Tertullianus refert ꝙ democritus occulos si bi eruit· Eo ꝙ mulieres aspicē sine ꝯcupiscencia non valeret · O quā periculosus est feīaꝝ intu itus Nam teste Jeroīo vbi sup Inutile est inqͭ crebro videre p q̄ aliqn̄ captus es· Nec corū te experimento ꝯmitte qui ꝑpen derūt Nam pictagoīci sollicitu dinē seu solitudinem et deserta ob hoc inhabitare elegerūt· Vn̄ Agellius li· noctiū acticaꝝ re fert Q̄d democritus sibi occu los eruit ne a bonorū studio im pedirēt · Juxta illud euangelij Si occulus tuus scandalisēt tē erue eum et ꝓice abs te Heu ac tendamus qualit oculis plures offendūt Nā teste Q̄ntiliano cā ꝑma Tocius hoīs libertas est occulos ꝑdidisse · Oculi sūt per q̊s paupertatē ferre non possu mus· oculi tota nostra luxuria Hij nos ī oīa cottidiana vicia ꝓpitāt· Vn̄ Sen̄· de remedijs fortune intelligendꝫ est ꝑtē esse innocēcie cecitatē· Oculi em̄ sūt incitamenta viciorū duces sce lerū · O vtinā oculos vanitati sic nō exhibēmus Quia īpudi cus oculus impudici cordis est nūcius Ideo Ouidius ij· tristi um Heu m̄ cur vidi cur noxia lumīa feci Peccatū q̊ȝ oculos est habuisse meū · Nā plurimi nō peccarēt si peccandi occasionē non viderēt· et maxīe libidinē excitat oculus ob hoc modeste debet regi ī vanis non ꝟe fixari Nam sicut piscis capit hamo sic oculo vir capit lubrico· nec solū tū cauere q̄s habet vt va na non intueat · Sed eciā qui pulcritudinē habet· libidinis ī citatiuā cauere tenet · ne quis eius occasione peccet Unde nar rat Valerius libro quarto · Q̄d quidem spurinna nomine cum pulcerrimus esset femineqȝ il lius sollicitarent oculos ne pec candi alteri occasio esset · Pul critudinem suam fedauit · Et oris decorē vulneribꝰ abstulit

facultatū deſertō. ſtudiorū licito
rū impedimentū. ſanitatis exci
diū. ipa namqȝ vitam breuiat
morte feſtinat. iuuentute minu
it et decorē. infirmitates gignit
et agrauat corpus ſordidat. mē
tem obdurat. ſenſus obnubilat
viſū precipue minuit. Ipa fons
et origo oīm calamitatū aīe et
corporis. De q̄ loquens Valeri
us li. ix. Blandū malū inquit
eſt luxuria. quā accuſare aliquā
facilius eſt q̄ vitare. Et li. iiij.
idē refert. Q̄d cū ſophocles iā
ſenex eſſet et q̄dā ab eo interoga
ret. an venereis rebꝰ uteretur. re
ſpondit. Queſo inq̄t dic michi
verba meliora. libent enī iſtac
ex venereis dominacioē fu
cioſa profugi et merito. Quia
teſte. Tullio libro primo de
officiis. luxuria inquit cum
omī etate turpis ſit ſenibꝰ max
ime fedissima ē. Et li. de ſenec
tute O preclarū munus etatis et
ſenectutis ſi auffert nobꝰ qd in
adoleſcēcia viciosū eſt ſcȝ libidi
nem corporis. Vn. ſenē in declama
macōibꝰ. Adoleſcens luxurio
ſus peccat ſenex luxurioſus inſa
nit. Et ſubdit q̄ malam faciem
habent ſepe in pudice ſūt. Non
enī eſt de illis aīmus ſꝫ corrup
tor. Viſis enī documētis apparet
luxuriā maxīe vitare debē. q̄a
teſte ſaluſtio ī catilinario. Mul
tos peſſima luxuria atqȝ auari
cia vexat. Et vulgencius li. iij.

mictologiar. Quāuis inq̄t in
omibus libidinis amor turpis
ſit turpior eſt tamē ī honeſtis
Nam luxuria maieſtati eſt cō
traria. Sed hoc habet luxuria
q̄ excecat ne perpēdat homo q̄d
facit. Ideo vulgencius vbi ſup
libro tercio. Amor cum pericu
lo ſepe concordat et dum ad il
lud ſolū vocat qd diligit nūq̄
vidit. quia expedit q̄ luxurie a
mor cecus eſt. Quā oīm vete
res libidinem aſpexerunt tāq̄
honoris inimicam. Nam refe
rente auguſtino in libro de ci
uitate dei. Scipionaſtica pro
hibuit theatra ſeu loca meretri
cia. que licet poſſint abſqȝ frau
de iuſticie permitti nullo pacto
tamen debent ſuadere. Pluri
mi tamen omnem delectacōnē
in ſuis libididinibus credunt
Quibus teſte Elymando Om
ne delectamentum in libidine
eſt. Et q̄d extra libidinem occ
currit offenſio eſt. Accuſent igi
tur non tempora ſed theatra in
quibus ad aram luxurie virtu
tum victime trucidantur. O
q̄ vile ſpectaculum. q̄ fedum
collegium feminarum pro ſolo
vicio congregatarum. propriam
enim carnem vendicioni expo
nunt. et pretextu vite ſue forni
caie victum ſibi acquirunt. q̄s
nō excuſat raris tempora⁹ ā fra
gilitas ſexus. ā violēcia nullo
enī feruntur amore etiam corrupto

Si enim humane fragilitatis
amarent excuſacōez pticiparent
Sed nec amāt nec amaē q̄rūt
ſed ex fedi ori luxurie pte ſue i p
ſpectabili cupiditati ſubſerui-
unt Hoꝝ nempe fedius eſt cor
pus cadauere putrido cuius fe
torē terra reſoluit. ſed illaꝝ hec
tor luxurie turpitudinibꝫ iugit
creſcit. de cōſimilibꝫ ait Theo
dolus Mens robuſta viri leni-
tate cadit muliebri. q̄a ſcȝ fēīa
impudica eſt laqueus viri. Et
ideo ſubdit. deflent aſſirij ꝙ
crediderūt mulieri Nunc tam̄
illud iuuenal' li. ij. verificat' Eſt
inquit eadē ſūmis pariter mi-
miſqȝ libido. q̄a plurimi diebꝫ
noſtris veneri vacant Sed q̄ſo
vt feminarū diſcant amatoēs
q̄ ſit coꝝ delcā° ⁊ vita. Nēpe ex
amore fēīeo nō niſi fere doloēs
generantur nec eſt amor quie-
tus ſed anxius non ampliati-
uus ſed coroſiuus Unde Ouidi
us libro tercio de arte amādi
Quot lepores in atho q̄t apes
naſcuntur in ibla. Cerula quot
baccas palladis arbor habȝ lit
tore quot conche tot ſūt ī amo
re dolores Qd iuuat exiguum
eſt plus eſt quod ledit amātes
Ecce quantum lucrum femina
rum amatores reportant ſuo
cum infeliciſſimo amore ſe pu
tant felices. et ea conſumunt
in voluptatibꝫ que ſepius gran
di labore acquiſierunt. At-
tendant enim exemplum de
moſcenis de quo fertur ꝙ can-
dis meretricis mammas ioco
palpitans q̄ſiuit. quantū hoc
q̄ ait mille denarijs Cui demoſ
cenes Ego penitere tāti nō emo
et merito Nam ſtultū eſt mag
no precio id emere cui dolor ſuc
cedit Nunquā enim tales ve-
neris amatores ut plurimum
lugēt cōſumatis voluptatibꝫ ſu
iſqȝ facultatibꝫ conſumptis lu-
gent nempe et vite p̄terite lac-
moſa ſcelera recolunt conſump
ta affectant ſe deceptos lamētā
tur et laboribꝫ expedit ut bona
congeſtent q̄ voluptuoſe cōſūp
ſerūt Aī aduertant igitur illud
Ouidij ſexto methamorph̄ Ni
hil eſt ꝙ effreno captus amore
an ſit nec capiūt incluſas pec
tore flammas. vnde verſificator
Femina corpus opes animam
vim lumia vocēs. Polluit ānich
ilat necat eruit cecat acerbat
Et alibi. Corpus opes animā
conſorcia federa famam. Debi
litat perdit necat odit deſtru
it aufert Ecce quanta incom-
moda que amatores femina-
rum ſtudioſiſſime ſequntur vn̄
ieronimus cōtra iouinianū ex
dictis ariſtotelis et pictaraci at
qȝ Senece hec verba colligit
Amor inquit forme ſcilicet mu
lieris rōis obliuio ē et inſanie
proximus Eſt fedus minime conuē
ens aīo ſapientū t̄bat conſilia

Altos et generoſos ſpūs fugit a magnis cogitacōibꝰ ad humilimas detrahit hominesqꝫ q̄rulos iracundos temerarios facit pluraqꝫ tempora ſuſpitacōibꝰ lacrimis et conqueſtiōibꝰ pdit odium facit ſui et ipſe nouiſſimē odiū eſt. Unde Sen̄. declamacōn li. i. Nichil eſt tam mortiferū in genijs ſicut vinū et luxuria. Et li. viij. luxuria blanda pestis victrix orbis immenſas opes auaris abſtulit. Et Claudianus ī maiori. luxuria predulce malū ebetat caligine ſenſus Et in minori idē Claudianus. diſſuaſor honeſti luxus et humanas oblimat copia mentes. ſi cuera inenarrabilia ſunt dampna que libidinem imitāt. Et Galtherus in allexandreidos libro primo. Te non emolliat nimis prodiga luxuries. Nec forcia pectora frangit mentis moribus amor. Et Catho Veneriqꝫ vacas qui cetera ſubdis. Subiuga vicisti perijt delira vacantis libertas animi veneris flagrāte camino. Mens ebet interius rixaſqꝫ bella mouet. Imperat et ſuadet racōis vile ſepulcrū ſcilicet caro ebrietas rigidos eneruat. hec duo mores ſcꝫ bachus et venus et li. vi Nil ſinit intactū nullis cōtenta libido

De voluptate carnis Capitulum xxvi.

Voluptas carnis generat incōtinenciā Incōtinēcia vero dampna īfert q̄ ſuperius cōmemorata ſūt Et ſicut vīus deperit niſi actibꝰ roboretur Sic voluptate ptmiſſa carneiſqꝫ declinamētis obmiſſis. lubricitas infrigidatur Ideo. Tullius de ſenectute Voluptas impedit cōſiliū rōi ꝫ ac mentis oculos pſtrīgit. Et Seneca ep̄. xxiiij ad lucillū ipē inquit voluptates in tormenta vertūt Epule crudelitatē generāt neruorūqꝫ torporē libidinē et articulorꝫ dampnacōem. vñ valerius li. vij. ariſtotil' inquit vtiliſſimū pceptū eſt vt voluptates abeūtes cōſideremus Si eīn oſiderate fuint ptermittē ē. procho dolor tn̄ Teſte lactancio li. de falla ſapiēcia. Voluptas inquit acūctis appetit̄ ſed honeſti vim nō habꝫ Et li. de uero cultu idē lactācius. Ille cebre inquit voluptatis arma ſūt illius cuius opus ē expugnare ſcꝫ dyabli. Scit eīn quia mortis fabricatrix eſt voluptas Unde archita therētinus. Nulla inq̄t peſtis capitalior q̄m voluptas corpis cuius auide libidīes temerarie īcitāt lites rerūqꝫ publicarꝫ euſioēs. Nullū deniqꝫ ſcelus nllū facinus ē ad qꝺ ſuſcipiēdū nō libido voluptatis īpellat. Et Tullius li. de ſenectute eādē ſentēciam īfert

allegādo pdictū architā terēn-
ciū Et Virgilius in buccolicis
Trahit ſua quēqȝ voluptas. Et
Ouidius li. i. de arte amandi.
Cuīe eſt ſua cuiqȝ voluptas. Ve
rum tñ teſte Cathone. Pauca
voluptati debēt plurima ſaluti
Morbi cauſa nāqȝ mali ē que
cūqȝ voluptas. Vnde pſp li. epy
gramatū. Non ſemp vere eſt ſe
lix īpleta voluptas. Hijs itaqȝ
teſtimonijs clare deduciē qꝫ vo
luptas nutrix eſt libidīs oīm
qȝ ſcelex carnis. merito igiē vi
tanda. Hij tñ voluptatē amāt
qui delicate viuūt et eſcarū va
rietate repienē et ex inde luxu
ria infeſtaē. Ideo refert Tulli
us li. de ſenectute platonē dixiſ
ſe Eſcas eſſe voluptatū malarū
quia ſcȝ in gula vicia nutriūē
Vnde Ouidius. li. i. ſine titulo
Nox ⁊ amor vinūqȝ nil moda
bile ſuadēt Illa pudore caret li
ber amorqȝ metu. Impia ſub
dulci mella venena latent. Hec
eīn ecia querūt voluptuoſi. ſcȝ
noctē vt caueāt pudorē ⁊ liber
tatē amoris vt neminē timeāt
vinaqȝ poſtulant vt luxurie fo
menta nutriant Itaqȝ volupta
tibꝫ carnem et ſpiritū inficiunt
et q̄nto voluptas maior ē eo ma
gis aīm a ſede ſua demouet. ſed
teſte Marcial li. iiij. Fallit volup
tas Et boeci. de cōſo. Voluptatū
appetēcia plena ē anxietatis. ſa
cietas vero pnie Si ī viuē cōti
nēs cupis voluptati ne īteēdas
nē delicijs vaces q̄d faciūt ſecu
li amatores q̄ nichil aliud pter
carnis edia ſapiūt melos ⁊ car
mina q̄rūt choreas et iocos et
quicquit voluptati ſubſeruiūt.
Sed teſte Ouidio li. iij. de ar
te amandi. hec ē blāda caior
ſcȝ voluptuoſis Sed eodē teſte
Ouidio ij. de ēmedijs Eneruāt
aīmos cichare cātus lireqȝ Nā
qȝ cantibꝫ et varijs armonijs
libido ſepius meditatur et a vo
luptate enutriē. Si eīn ſobrie
viuēs et delicate corpus non fo
uēs peribit rebellio carnis. lubri-
citas diſcedēt Et īnumerabiliū
tēptacōm generā ſub iugo racō-
nis teneres. ſed vite delicacitas
cōmeſſacōm ſupfluitas luxū in
ceſſāt pcurāt. Vnde Macrobius ī
li. ſaturnaliū. Et que ex tactu
atqȝ guſtu voluptas ē oīm rerū
fediſſia ē Eoſqȝ maxie q̄ ſe hijs
duabꝫ dederīt voluptatibꝫ īcōti
nētes ⁊ ītēpatos eſſe dicimus
Vnde Tullius libro de fine boni
et mali. Vna voluptas multis
obſcurat voluptatibꝫ ī vita vo
luptaria. abſcedāt igiᵗ hij qui
voluptates virtutibꝫ ptulerunt
ſic Ariſtippus aliiqȝ Stoici vt
tāgit Auguſtinus v. de ciuitate
dei. Hoꝝ ecīā ſequaces ſunt ad
ulteri ceteriqȝ libidinoſe viuē
tes. voluptas enim non ſolum
eam libidinem pvocat quam
natura non prohibet ſed eciam

vſq; ad abyſſus indicibiles ad
tat. Nam voluptuoſe viuens
brutis beſtialior fit atq; immo
deracior. Nempe bruta indicibi
le ſodomie crimē reſpuerūt q̄d
tamen voluptas in quibuſdā pu
ſillimis hoīb; quandoq; plan
tauit. Bruta verūptamē ſue na
ture leges non ita infringunt.
Quia teſte ouidio li. ix. metha
morphos. Nō vaccā vacce nec
equas vrit amor equarū. Vrit
oues aries ſequit̄ ſua fēīa cer
uū. Vnde igit̄ hoc enorme vici
um proceſſit. vt ceteris aīalib;
pfectius et celſius ſc; homo or
dinē nature q̄nq; ſubuertē pre
ſūpſerit. heu in limitib; nature
tot ſūt peccandi genera. Mag
na igit̄ illius eſt iniquitas qui
hec oīa tranſcendit. Neſcio q̄s
peccatū hoc adinuenire potuit
Arbitror enim nullū ex natura
primū ipſū excogitare poſſe. ſed
demones delictorū inuentores
qui fēīs ſe copulaſſe ferunt̄ vi
riſq; ex quib; gigantes legūt̄
proceſſiſſe non quidē ex eor; ſēīe
quia non habet. ſed ex trāſlato
viror; ſemine conſimilia feciſſe
narrāt. Vn igit̄ demones qui
nature ſue leges ſubuertūt ho
mines quoſdā vt eſtimo ad hāc
enormitatē deduxerūt vt ſodo
mite fierēt et p fēīe maſculos
acciperēt quod feciſſe legit̄ Ne
ro vt enarrat Ennodius. ludit
inquit in ancipite conſtans ſal
lacia ſexus. Femina dum patit̄
pagit cū turpia mas eſt. Ideo
Ouidius li. epl̄a; . Sunt procul
a nobis iuuenes vt femīa cōpti
Reuera miror nimiſq; mirari ne
queo q̄ libido aut cōplacencia
in pari ſexu exiſtat. Nulla eīm
racōe aut racōis colore hoc vici
um excuſari poteſt ſeu q̄uiſmō
alleuiari. De ipſo igit̄ tāq̄ in
dicibili ſileamus et eā lubrici
tatē reprobemus in quā freq̄n
ter prochdolor decidūt hoīes
quos q̄a voluptas enutrit nūc
adulteria nūc raptus et ſtupra
hoīm ſacietati interſerēdo Nāq;
tāto vſu fornicacōes excreſc̄t vt p
erubeſcēcia nō hēant̄ vix eīm ve
ret̄ mulier adultera nūcupari
viri q̄; iugit adulterai minime
timēt. Referet tn̄ Valerius li. vi.
Q. ſ. filius zelenci ꝓpter adul
teriū vtroq; oculo priuari con
dēpnatus fuit. Itaq; adulteriā
ſic ipuuīta ſicut nunc non pmit
tebant̄. Nam teſte Therēcio
in andria. Ingeniū oīm hoīm
ꝓcliue ē ad libidinē. Et Oui
dius li. de ponto Veneris dāpno
ſa libido. Non ſolet in meſtos
ſepe venīe thoros. ſed pocius q̄a
quieta coniugia rumpit. Ideo
conſulit Tibullus li. iij. Ne
inq̄t nos decipiant pendencia
brachia collo. Nēpe eloq̄a ficta
q̄ blāda videt̄. vtriuſq; ſexus
hoīes ſepe decipiūt ornatib; q̄;
atq; muneib; alliciūt Iux illud

Ouidij p̄mo de remedijs. Deci
pitur cultu gēmis auroqȝ tegun
tur Pars minima est ipſa puel
la ſui. q̄a ſcȝ puelle plurīe plus
ferunt in ornatu q̄ꝫ in ꝓprio cor
pore toto. Sicius igit̄ apparatibꝰ
ducunt̄ homīes ad viam pdi//
cionis ibiqȝ felicitatē q̄runt vbi
non niſi ſeditas et corruptō eſt
Attendat igit̄ ſapiens quibus
ↄiungitur ↄſorcijs. Nam qui
tangit picē inq̄nabitur ab ea
Sic vir iunctus feminarū ↄui
uijs de difficili ↄtinēs eſt Vnd
Ouidius ij. de remedijs. Non
facile eſt thaurū viſa retinere i
iuuencā. Vt pene extinctū cinerē
ſi ſulphure tangas. Viuit et ex
modico maximus ignis erit.
Itaqȝ modica occaſione libido
totū hominē vrit. Sed q̄d ſapi
ens facturus erit vt caſte viuat
Sibi nāqȝ expedit vt feminaꝝ
viſū ⁊ tactū fugiat ſobrieqȝ vi
uat Nam teſte ouidio vbi ſup̄
Diuicijs alit̄ luxurioſus amor.
Non habet vnde ſuū paupꝫtas
paſcat amorem. Et ſubdit ad
ꝓpoſitū. Vina parāt animos ve
neri ſi plurima ſumas Ideo Ca
tho. Cum te detineat veneris
dampnoſa voluptas. Indulgē
gule noli que ventris amica eſt
Nempe ſi ſobrie vixeris facilit̄
caſtus eris. Si autē p caſtrimā
giam caſtitatem neglexeris ad
oīm viciorum p̄cipicium facili
ter declinabis :.

De inuidia Capitulum
viceſimum ſeptimum

Inter vicia minus ex
cuſabile inuidia ē occa
ſioē eīn non ſolum vera
ſed ecia apparenti caret. Quid
eīn tibi ſi proprio bn̄ fuerit aut
cur inde aufugiatis. Si autē q̄s
lugeat q̄le tibi gaudiū exinde
aſſurgit dices eīn q̄ꝫ te offen//
dit ſed tūc non inuidia ſꝫ ira et
vindicta tuum delictū eſt. Rur//
ſus dices eīn bonū alienū tibi
obeſſe aut maleficium ꝓdeſſe
Eo q̄ꝫ proſperitas ꝓximo colla
ta tua eſſꝫ ſi non foret ipſe. aut
ſi caſu vel obitu decederet. Sed
tūc peccatū tuum non ꝓprie inui//
dia ſed pocius ambicō vel aua//
ricia eſt. Tūc eīn inuides q̄ñ
ex ꝓpria malicia alterius bonum
videre nequis. aut malum cer
nere letaris. Si eīn exinde nec
honor decreſcat nec malū ↄtin
gat inexcuſabil̄ vtiqȝ tua ma//
licia eſt. Vn̄ Inuidus quaſi nō
vidēs dictus eſt. Quia qui in//
uidet proſperitatē non libenter
videt De ↄſimili vicio legiꝰ in
Ouidio li. i. de pōto. Rodē vi//
uos liuor et iniuſto carpe dētes
ſolet. Quia ſcȝ inuidi iuſtis ſē
per inuidēt quoꝝ malicia liuor
merito nuncupat̄. Vn̄. Claudi//
anus in minori. Rabiē liuoris
acerbi nulla q̄es placare poteſt
Et. Oracius in epiſtol̄. Inui//
dus alterius macreſſit rebus opimis

Et inuidet iſtius ꝓſpera cū la-
crimis īuidia ſimili non inue-
nere tyranni maius tormentū
Vnd̄ Marcial' coquus ſumpit̄
quiſqȝ· rumpit̄ inuidia Nullū
em̄ maius flagellū mētis ꝙ̄ ſit
inuidia · corpus nāqȝ deſiccat
faciem pallidat· ſuſpiria geme
būda īſert · cor triſte facie decī
um rugitus ↄcitat· detrahē petit
Jgnominiā alterius libent̄ enā
rat· ſed honorē ꝓferre renuit ·
q̄rit inuidia° non q̄d vel quom̄
dicat· ſibi em̄ nō ſufficit vt ma
ledicat · penes ſe murmurat · ſe
ipſam affligit· nec deforis ve-
nit · ſȝ ex īteriori malicia ma-
nat· hoc em̄ viciū demones ha
bent humane inuidentes ꝓli ·
quorū ſilij perdicōis ſūt hoīes in
uidi· alterius bonū ꝓferre dolē
tes quibꝰ mos eſt omne ꝙ̄ ma
lū ꝓximoꝝ eſt appetere eciā ſi
melius poſſideant· Dicunt em̄
illud Ouidij li·i· de arte aman
di Fertilior ſeges ē alieis ſemꝑ
in agꝛs· vicinūqȝ pecus grādius
vber habet O ipia nequiſſima
q̄ inuidia q̄t viros perdidiſti q̄t
degradaſti bonos et prudentes
Cetera em̄ vicia occaſionē licet
nō ſufficientē· aliq̄tenus t̄n ap
parentē exhibē poſſūt Sed tu in
uidia tueqȝ malicie cauſam igno
ras Eſt em̄ quis ſupbꝰ q̄a diues
Quis iracūdus· q̄a leſus · quis
guloſus q̄a edacibꝰ fluctus · q̄s
luxurioſus q̄a mulier īfeſtat· q̄s
pig̃ q̄a pīguis aut ſenex · q̄s
auarus q̄a deficere timet Sed
non apparet cur inuidus q̄s ex
iſtat· niſi ex ꝓpa malicia · qua
q̄s ſeipſū ꝓuocat de bono ali
eno dolorē ſibi aggregat Vnde
in ꝓū· ſapiētū dicit̄ Jnuidia ſit
q̄dē ē ani dolor ex alieis ↄmo-
dis Nulli em̄ īuidet vir bonus
et prudēs Et ſubdit̄ Scias em̄
multus habūdare vtutibꝰ in ſe
qui alienos amat · Vnde Tul
lius in oracōe ꝓ cornelio balba
Eſt hec ſeculi malicia q̄dam at
qȝ labes vtuti velle inuidē Jpſū
qȝ florē dignitatis infrīgē· Eru
beſcāt igit̄ inuidi q̄ ſui criminis
occaſionē neſcuīt· Dicēte Tul
lio in tuſculanis queſtionibꝰ li
bro quarto · Jnuidēcia inq̄t eſt
egritudo ſuſcepta propter alte
rius res proſperas: q̄ michil no
ceant inuidenti · Jdeo ſocrates
ait Malum alienum tuū ne fe
ceris gaudiū · Nempe magis
triſtiens affligit̄ qui ſemper do
let vbi proximus proſperatur
Nam alterius moleſtia ex ↄpaſ
ſione quadam naturali mole-
ſtat animum eciam īuidi recu
ſantis· ſaltem ad tēpus quāq̄
non ꝑpendat niſi cum totus in
manis fuerit · Et ſi rurſus de
alterius bono dolet in quo igi-
tur gaudebit · Hec enim miſe
ria inuidorum ꝙ̄ ſeipſos affli
gunt non ſolum aduerſitatis
occaſione quod faciunt vna ·

ſed ecīā propꝛ̄a malicia et yma
ginacōe · Quid enim obfuiſſꝫ
regi fabio ſi anthiocho naues
clargitus fuiſſet q̄s ſecauit et
incendio dedit · Narrat enim
Valerius libro ſeptimo Cū aūt
Fabius regem anthiochū ſup
aſſet dimidiamqꝫ partē ſuarū
nauiū ex pacto recipe deberet
tunc · Fabius naues ſingulas
per dimidium iuſſit diuidi vt
regem anthiochum claſſibus
priuaret ſed quid ſibi profuit
Nunq̄d melius ex quo victor
erat ſi pactum ꝓſpere tenuiſſꝫ
hoc tn̄ fieri inuidia non pmiſit
que nullius bonū pmittere po-
teſt · Heu noui quoniā inuidia
fera peſſima ē ſuoqꝫ veneno co
cicius inficit et pungit quo ali
quem meliorem et virtuoſiorē
ſentit Quoniam teſte · Tullio
in rethorica ſecunda · Virtutis
comes eſt inuidia · Affricanus
ſiquidē dedit induſtria virtutē
Virtus gloriam · et gloria emu
los comparauit · Et · Saluſtius ī
gugurtino · Poſt gloriam me
mineras inuidiam ſequi · Itaqꝫ
inter mortales difficilimū glo
riam inuidiam vincere · Nam
dyabolus illius ſator eſt · Con
ſideret igitur prudēs q̄ graue
peccatum eſt inuidia que ſpōte
et ex propꝛ̄a malicia in animo
ocipitur · Vnde · Tullius ī phi-
lippica ſecunda · Hec inq̄t · Gra
uiora ſunt mala que animo cō

cipiunt̄ q̄ que corpore feriūtur
Miſerior eſt igitur qui ī ſe ſuſci
pit ſcelus q̄ qui alterius faci-
nus ſuſcipere cogitur :·

Explicit ſecundus liber
ſophilogii

Incipit ꝓlogus tercij q̄
ē de q̄tuor ſtatibꝰ mūdi

Status omnis hu
manus ruinoſus
eſt illoqꝫ iure ſta
tus debet vocari ſi
rebus de cliuioribus
bus opatetur · Omnes eīn diui
tes et potentes qui olim floru
erunt modico terre angulo oclu
ſi ſunt · Itaqꝫ mors cunctis pō-
pis et honoribus terminū im-
ponit · Quamobrem huic libro
quarto ꝓlogum de morte pre-
mitto · Arbitror enim mortem
fore ſpeculum quorūlibet ſtatu
um mūdi · Nam qui ſe morien
turum cōſideīat ſi celſus eſt mi
nime gloriatur cernens ſuo p̄n
cipatui ignotum finem prebeī
Si pauper quis eſt tollerancie
remedium mors ipſa p̄ſtat eo
q̄ facilius dolorem animus ge
rit quem nouit breui curſu cōſu
mari · Fiet igitur proceſſus vt
in precedentibus per capitula ꝛc.

Sequitur p̄mus tractatus ter
cij libri · Sophilogij

De miſeria et breuitate huius
vite

Capitulū · p̄mū

V Ite huius curſus ſ
uis anxietatibꝫ fati
gatur Jtaqꝫ vita pre
ſēs nichil aliud vi-
det̄ niſi miſeria breuis · vñ · Job
Homo natus de muliere breui
viuens tp̄e repletur mult̄is miſe
rijs · Et ex puerꝫ ſapientia col
ligit̄ · Quod homo vite cōmo-
datus eſt non donatus · Lex eñ
vniuſalis eſt q̄ iubet naſci et
mori · Jtaqꝫ male viuūt q̄ ſēp
ſe victuros putāt Nempe non
ex debito ſꝫ ex mutuo viuimus
Queſo igi' nequis dicat tot vl
tot ānos habeo quia anni tui
non ſūt · Ex quo mutuo accepiſ
ti Unde cuidā dicēti Quadra-
ginta annos habeo reſpōſum eſt ·
Quadraginta annos cōmemo-
ras quos non habes quia p̄t
ierunt et ſi eſſent non h̄res q̄a
non poſſideres · Hec tāgit Sen̄
libro de naturalibus queſtioni
bꝫ Hij igi' ſileant qui p̄grādi
iuuentute de futuris annis glo-
riantur · Hij eciam ſileant qui
de ſua vetuſtate laudē ſibi aſcri
būt miracqꝫ ſe vidiſſe iactāt
Nam iſti de eo gloriantur q̄d
omino preterijt · Juuenes aūt
in eo ſperāt cuius ſecuritatē ig
norant · vnde · Ouidius libro
primo ſine titulo · Labitur oc-
culte fallitqꝫ volubilis etas Et
celer admiſſis labit̄ ānus equis
Et idem · Ouidius li · iij de arte
amandi · Lucidi fluunt anni
more fluētis aque Nec que p̄
terijt hora redire poteſt · O quō
putas eos faſtibꝫ eleuari q̄ ſo-
lia mundi obtinēt eo q̄ ſui trā
ſitus proximitatē negligunt ·
Quanta eñ temeritas eſſet
eorꝫ ſi abſqꝫ fine viuerēt · Ex q̄
modica vite morula extollit cō
nua ipoꝝ · Attendant eñ illud
Ouidij xv methamorph · Cūc-
ta inquit fluūt nihil ē q̄d toto
preſtet in orbe · Jpaqꝫ aſſiduo
voluunt̄ tp̄a motu · Et idē Oui
dius li ſexto de faſtu · Tempa
labuntur tacitiſqꝫ ſe neſcimus
annis · Et petronius Heu heu
nos miſeros q̄m totus homūcō
nil eſt Nil erimus cuncti poſt
q̄ nos afferet orcus Nūqt igi
tur laudabile foret ſi nos ipos
conſpiceremus dictumqꝫ bu i-
tatem oculis anteponeremus
Tunc eñ ſuperbia periret diui
cie ſufficerent pauce · Diuino-
qꝫ cultui ſinguli vacarēt Por
ro nullus tam effrons tam in-
penitens inueniri poſſet quin
tremore mortis reconciliari dō
diſponeret · Nouimus tamen
q̄ mori oportet ſed non atten
dimus · Et ſi occurrat memoria
quedam tunc procraſtinamus

Mundiq; vanitatib9 nos occu
pantes facilit cogitare deſiſti⸗
mus. Vtinã attẽderemus illud
maxiam. Cũcta trahit ſecũ ver
titq; volubile tpus Nec patit̃
ĉta currẽ quoq; via. Nã mich
il eſt totũ qđ viximus oĩa ſecũ
Tempus p̃teriẽs horaq; ſũma
trahit. ſi rurſus ſi breuitas vitã
ſpernẽ non decet ſaltem h° fa⸗
ciat ipſius breuitatis miſeria
Nã teſte apuleyo li. de deo ſo
ĉtis. Fortuna caduca ſigillatim
mortales voluto tẽpe vocat. ãxi
iſq; mẽtib9 ⁊ obnoxijs corpori⸗
bus viuunt. Vnde. Quidam
Philoſophus dictus ſecundus
Quid eſt inquit homo. Et re⸗
ſpondit mens incarcerata. fan
taſma tẽporis. ſpeculator vite.
mãcipiũ mortis. trãſiẽs viator
loci hoſpes. aĩa laborioſa. pui
tẽporis habitaclm. Hijs igitur
attentis q̃s ſapiẽs de vita pre⸗
ſenti ſollicitabit̃ in q̃. non ĩi mi
ſeria repit̃. Et licet bruta vite
miſeriã hñt. Anguſtior eſt tam̃
vita humana cui natura mini⸗
me pruidit. Beſtijs autẽ neceſ
ſaria dedit. Vnde. Plinius in
hiſtoria naturali libro ſeptimo
Ceteris inq̃t animãtib9 varia
tegiñta natura tribuit vt coria
ſpinas pennas ſquamas arbori
buſq; cortices. Hominem vero
nudũ natura pduxit. Dicente
cathone. Infantẽ nudum cum
te natura creauit. Paupertatis
onus pacienter ferre memento
Et. Sydonius in ſuo epiſtolari
libro quinto. O. neceſſitas ab⸗
iecta naſcendi miſeria viuendi
dura moriẽdi. Et. Valerius li⸗
bro nono. Humane inq̃t vite
curſus motu aſpero perag itur
et fere ſine racione ↄſũmit. Mi
rum eſt igitur cur ſapientes q̃
ſe reputant tantis criminibus
miſere vite fomenta cõqueſtãt
Nullus enim in corpore viuens
felix eſſe poteſt ſi q̃ tamen felici
tas fuerit ideo eſt quia preſens
vita mẽte abiciatur. futuraq; bo
nis operibus expectatur. Nam
dixit. Plauctus in aulularia
Timor cupiditas auaricia feli⸗
cem eſſe non ſinunt hominem
ſcilicet in preſenti vita. Vñ Bo
ecius libro tercio de conſolacõe
Dignitatibus inquit fulgẽ vis
et preire ceteros honore cupis
Sed tandem ob noxijs pericu
lis patebis. gloriam petes et ſe
curus eſſe deſiſtis. Nempe m̃ ↄ
ſideranti quid mors ſit gaudeo
lugeo. Gaudeo inq̃ vite future
viſa magnitudine cuius aditus
bona mors eſt. Et lugeo quia
corpus formidat. morem lag
uoris habere timeſcit et in cine
rem redigi recuſat. ſi vera ta⸗
men ſapiens ſi fuero plus ad⸗
eſt m̃ gaudiũ q̃. luctus. Nã ſi
mors me moleſtat ſpes futuri ſe
culi magis me delectat. Noui
eñ q̃ mors trãſitus q̃dã bñs ẽ.

Vnde hilbertus de exilio ſuo •
Mos eſt inquit hic hoïs ſemꝑ
quadā cōdicione mori Eſt ho
minis nudum naſci nudumqꝫ
reūti Eſt hoïs putrere ſolis lu/
menqꝫ fateri Et miſeris ꝗdibꝫ
in cinerē redigi Res et opes p̄/
ſtant ei famulant ad horā • ē
locuples mane veſpere pauꝑ
erit • Et marcialis cocus Gau/
dia nō remanent ſed fugiẗiuā
volant ſcilicet poſt mortē • vnde
Maximia • Oquā dura ꝑmit
miſeros cōdicō vite Nec mors
humano ſubiacet ārbitrio • dul
ce mori miſeris ſed mors opta
ta recedit Ac cū triſtis erit p̄/
cipitata venit • Morti mori me/
lius quā mortis ducere vitam
pena minor certā ſubito ꝓferre
ruinā Quam ꝙ preteas ſuſti
nuiſſe diu Et ſubdit • Quot bō
tūc habui tot modo dampna
fleo Nōne placet melius ētis
cōſidere rebꝫ Euētus varios ēs
noua ſemꝑ habet Felix qui po
tuit trāquillam ducere vitam
Et letos ſtabili claudere fine
dies hec ille Ex quibꝫ cōcludit̄
breuitas miſeriaqꝫ vite pre/
ſentis • Quō vita preſens ē
carcer aīe Ca • ſecundū

Nam aīa racionalis dei
forēis ē immortaliſqꝫ
Si igitur carcer eſt cor
pi iugi mortali carniſqꝫ ꝓpitas
ſpiritum ad ſcelēa trahit et ve
lut mancipata corpi carceri ſi
aīa feneſtrul̄ anguſtis res de
foris cōſpicere poteſt vt tangit
hilbertus de exilio ſuo • vñ lo/
quēdo in pſona aīe ſic ait Egrē
diar ꝫ neſcio q̄ ⁊ neſcio qñ • Et
forcaſſis dies iſte ſupmus erit
Eſt igit̄ ponēda domus q̄ libera
triſti Carcere ꝑpetuo iure carē
q̄ am Itaqꝫ aīa petit vt ex cor
pus ſit carcere careat • Sibi igi
tur corpus tediū eſt • vñ et ſa/
pientes pl̄es corpis tedia uita
re volētes ſeipos occiderunt
vñ narrātē Euſebio in cronicis
Anno iperij auguſti xli • Ma/
tōs pocius Catho latinus dcla
mator tedio dupliciς q̄rtane ſe
ipm interfecit In hoc eīn atteſ
tari mie debꝫ q̄a ſe necarē nll̄s
iure pōt ipmqꝫ atqꝫ lucciā hāc
ex cā redarguit • Auguſ • i li • de
ci • dei Sufficiat aūt ꝙ plibata
hiſtoria in hoc ſuit nob̄ ꝙ vi
ta pñs tedioſa eſt ipiuſqꝫ aīe
cārcer Nā corpus ſordibꝫ con
ſtrīgit aīaꝫ • vñ prudēcius • Eſ/
tuat et ſordes atra uīcta cauſat
ſcꝫ aīa • vñ Galthe • in alexan/
dreidos li • vij Allicit illecebris
aīaꝫ caro nᶜ ſinit eſſe pricipu
inmemorē ꝙ eius ymagis iſtar
facta ē q̄a ſcꝫ cāne iclinātē aīa
ſepius obliuiſcit̄ ꝙ ſit ymago
dei qñ ſcꝫ opibꝫ racōis ſe nō cō
formiat Eādē ſentēciā tangit
bernh̄ • in microcoſmo • Sꝫ lec
tor q̄rere pōt an mori appetē
liceat viſa miſeria vite • Cui

ridendū occurrit q vir ſapiens
ad mortē currere non tenet ſ
vita exire vt dn̄s diſponit libē
ti aīo debet vn̄. Sn̄ ad lucillū
ep. xxvi. Cottidie inqt mori
mur cottidie eīn demit aliq ps
uite Et ſubdit ridiculū currere
ad mortē tedio uite Vir inquit
fortis et ſapiens nō deb3 cui ta
fugere ſed exire. Et idē Sn̄ ep
lxxviij. Nec vita ſit tedio nec
mors timori. Et ſubdit. Quic
qt eīn expectatū eſt diu leuius
accedit. Itaq3 ſi mortē abſq3
tiore expectaueris eam non ita
formidabis. vnde qntus. Tu
cius li iiij Fortiū viroꝝ magis
eſt mortē ɔtēpnere qm vitā
odiſſe. Et valerius maximus
li. ix. ſtacō vitā diligere mor
tē non tiere pcipit. vnde Epi
curus. Ridiculū eſt currere ad
mortē tedio vite ut ſupius Sn̄
Et ſubdit Epicurus Quid īqt
tā ridiculū q appetere mortē
cū vitam inqetā tibi feceris me
tu mortis Nam ſeuicia eſt vo
luiſſe mori ut inquit lucanus
li. v Nempe aliud eſt vitā con
tempnere aliud vero eſt tiendo
mortem vitam odiſſe. Nullū
eīn fas eſt vitam odio habere.
Ipam autem contempnere ſa
piētis eſt. vnde. Galtherus in
alexandreidos li vi. Fortis aī
eſt cōtempnere vitam non tn̄
odiſſe. Aliqui tamen vitā non
ex virtute ſed ex miſeria cōtemp
nūt quibꝰ laus non debet. vn̄
Marcialis cōis Rebus in an
guſtis facile eſt cōtempnere vi
tam Fortiter ille facit qui mi
ſer eſſe poteſt Ex pdictis igit col
ligamus q nec ad mortē cur
rendum nec vita pn̄s amāda
eſt. Qui eīn mortem qrit dies
breuiat in quibꝰ proficere ha
bet qui vero vitā diligit aīa3
incarcerari non metuit. Vitā
igit petes nō odiſſe ſed cōtēp
nere e libet vt non leteris aīa3
immortalem corruptibili corpi
applicari

De cōtemptu mortis ſub
ſpe glorie future
Ca. tcium

Inſipiencie eſt formi
dare quod vitari non
pōt q cū acciderit ipi
ſapiēti vtiq3 melius ē. S3 nū
qt mōtē formidaē natura petit
Quis igitur quantūcūq3 ſapi
ēs mortē nō tiebit. Nempe mor
tē abſq3 delicto formidare pōt ſi
eā naturali qdā ɔſiōrio refutes
ſ ſapiēt ſi delibraueris eā nō
timēdā ɔcludes aliud ē eīn pīs
motibꝰ impellētibꝰ timē mortē.
aliud deliberacōe phabita non
ɔtēpnere mortē q faciūt inſi
piētes. vn̄. Sn̄ deremedijs for
tuitoꝝ. Stultū ē tiere qd vitaē
nō poſſis. Et idē Sn̄ li. vi de
naturalibꝰ qōbꝰ Cōtēpne mortē
ꝛ oīa q admortē ducūt ſiu ſint
bella ſiue naufragia ſiue gnia.

Nunq̄d amplius facē poſſunt
q̄  ꝙ corpus ab aīa reſoluatur
ꝙ nulla potencia nulla diligeñ
euitare potes. Nā ſepacio cor/
poris et aīe homīs vtrāqȝ par
tem ſue nature reſtituit . Nam
terre debetur corpus cum ex illa
plaſmatū fuerit . Celis aūt in
mortalibꝯ inmortalis aīa debet.
Sapiēs igit̄ ɔtēpnat mortem
Vñ. Valerius li. ix. Corpis ⁊ a
nime ſocietas non firmo vincu
lo coherȝ facile dirimit̄ . Nam
ſtultū eſt in eo ɔfidē qđ leui per
dit̄ caſu. Vñ . Varro in ſuis ſen
tēcijs. qui nature litigat q̄ mo
ri ꝗue fert duplexqȝ malū eſt
cū moleſte ferimus qđ nccē eſt
Et ſeñ. li. iij. in naturalibus q.
Puſilla res eſt vita hoīs. ſed i
gens res ɔptēptus vite. Hanc q̄
ɔtēpſerit ſecurius videbit maria
turbari. ſecurius ɔſpiciet horri
dā faciē fulminantis celi Quid
inq̄t ad me ꝙ magna ſint qui
bus perio. Ex q̄bus ɔcludit̄ ꝙ
vita ɔtēpnenda eſt Ex cuius ɔ
tēptu ſequit̄ ɔtemptus mortis
Et idem ſeñ. in tyeſte . Abeant
q̄ſtus diſcedat timor. Et idē in
hercole etheo . Nunq̄d ille mi
ſer eſt cui eſt facile mori. O vti
nam dites mūdi iſta ɔſpicerēt
mortēqȝ ita non timerēt Quā
ideo formidāt qui ſua poſſedia
diligunt nimis q̄a timent illis
p̄uari quibꝯ ɔfidūt . Si enī in
homīs poſt mortē futuris ɔfiderēt

mortē vtiqȝ ɔtēpnerēt Vtinam
attēderēt illud ſenece ep̄. xxvi.
Que inq̄t querela eſt aut in
commodū ſi quicq̄d debeat deſinē
deficit et quis exitus melior q̄
in finē ſuū natura ſoluente dila
bi. Nēpe mors p̄ceſſit et mors
ſecutura eſt . Vt ponit ſeñ. idem
ep̄. lxxvij. Nemo inq̄t tā imp/
itus eſt vt neſciat ſe q̄ñȝ mori/
turū eſſe et tamē cū ꝓpe acceſſe
rit tremit et plorat. Nonne in
q̄t tibi videt̄ ſtultiſſimus qui
fleuerit eo ꝙ ante mille āños
non vixerit Eqȝ ſtultus eſt qui
flet eo ꝙ poſt annos mille non
viuet Hec inquit paria ſūt nō
eris nō fuiſti vtrūqȝ tp̄us ali/
enū eſt. Quid enī fles ad hāc
legē cū ſis natus. Et ep̄. lxxxij
nō aūt ē mors glīoſa ſꝫ fortit̄
mori glorioſū eſt q̄ demēcia ē fu
gere cū retroire non poſſꝫ . Vnđ
Tullius in philli. viij . Turpis
fuga mortis omīqȝ morte peior
eſt Qui igit̄ ſapiēs mortē non
metuat. Vñ. idē in tuſcul. q̄ſti/
onibꝯ li. ij . Quia mori nccē ē
quia mors nichil habet qđ ſit
horrendū. Mortem ideo non ti
meo Vñ. refert Valerius li. vi.
Qđ cū theodorus ſyreneus re/
gē liſimacū increpaſſꝫ eo ꝙ q̄dā
minus degeſte fecerat ob hoc
liſimacus iuſſit theodorū cruci
affigi. Et tunc. Theodorus ait
Mea ſiq̄dē nichil intereſt hu/
mi vel in ſublimi vt putreſcam

Vñ. Catho. Fac tibi pre ponas
morte non eſſe timidã. Que bõ
ſi non eſt finis tñ illa malorũ
Nõ metuit mortẽ qui ſcit cõ//
tẽpnẽ vitã. Vñ. lucanus li. viij
Mors vltima pena eſt nec metu
enda viris Si enim aliq̃ pacto
mors effugi poteſt. Aut ſi poſt
mortẽ nulla vita eſſ; vtiq; for
midanda eſſ; . ſed a nullo euadi
poteit Sancteq; moriens poſt
mortẽ vita fruet̃ potiori Nulli
ſapienti teſtat pauor mortis
Vñ. philoſo. ſecũdus Quid in
quit eſt mors . Et rñdit. extre
mus ſompnus . diuitũ pauor
pauperũ deſideriũ . ineuitabil'
euentus. latro hoĩs . fuga vite
reſolucõ oĩm hominũ. Nã teſ//
te. Placõ in poetria. Debemus
morti nos nr̃aq; . Et Juuenã
lis. Mortalia facta pibũt. Et ad
huc ſub iudice lis eſt. Vñ Oui
dius in li. epiſtolarũ . Occur//
rũt animo peundi mille figure
Morsq; minus pene quẽ mo//
ra mortis habet. Et idem . Oui
li. x. methamorpho . Oĩa de//
bent̃ morti ſedez pperamus ad
vnã . Ecce igitur aperte ↄſpici//
mus mortẽ vitari nõ poſſe Ni
mirũ igit̃ ſi ↄtempnẽda ↄſulit̃
Attẽdamus eciã q̃a teſte clau
diano in minori. Oĩa mors ca
pit Vnde morti loq̃ndo ſic ait
Quicq̃d liquidus cõplectitur
aer. Quicq̃d alit tellus. quic//
q̃d maris eq̃ra. quot fluuij ful
mini. q̃t nutrit̃ paludes Cũc//
ta tuis pit cedũt aĩalia regnis
Lunari globo q̃ ſeptim us au//
ras. Ambit et eternis mortalia ſe
pat aſtris Sub tuũ purpurẽ a
veniunt veſtigia reges Depoſito
luxu t̃ba cũ paupe mixti . Oĩa
mors equat . Vñ . Ouidius li.
q̃rto ſine titulo . Omne ſacrum
mors importuna pphanat omib;
obſcuras mittit illa manus . vi
ue pius morit̃ pius cole ſac̃ co
lentẽ. Mors tñ a tẽplis vitari
abſtrahit. Que v̓ba nichil ali
ud ſonant tã claudiani qȝ oui
dij Niſi q; oĩa q̃cumq; ſũt ſb
ↄcauo orbis lune pibunt. Om
niſq; homo pius ⁊ impius ſuos
morte terminabit dies . Nẽpe
mori naturale eſt. et omnia pe//
tũnt in illud reſolui ex q̊ pceſſe
runt Vnde. Marcianus. Ortus
cuncta ſuos repetunt matremq;
requirunt . Et redit in nichilũ
qd̾ fuit ante nichil. Et. lucãus
Capit omnia tellus que genu//
it celo. Vnde. Stacius in the//
baydos. Mille modis leti miſe
ros mors vna fatigat Et pſper
libro epigramatum. Ferro peſ//
te fame vinculis ardore calore
Mille modis miſeros mors ra
pit vna homines. Quibus at//
tentis mors contempnenda eſt
quam euitare nullus eciam ſa//
piens poteſt . Innumerabiles e
nim laq̃os hominib; tetendit
⁊ inſpirate veniet. Vñ. ennodius

Mo̅res non expectatis ordini-
bus eueniet. Ipa est eni̅ omni-
um mo̅rtaliu̅ finis. ſed ipa finem
non habet q̅ diu p̅ns ſeculum
manebit. Quinymo et mors
peccatoru̅ ſemp mors erit. Et
ergo ſi̅ ſine finis. Vn̄ magiſt.
Seplo. Mors omne dux p̅ns
q̅re triſte futuru̅. ſine carens fi-
nis et plena ruina ruinis. Om-
nia eni̅ mors cadere facit ℥ poſt
illam viuentibꝫ pie celſus in-
dex deus mira̅da p̅mittit. Vir
igit̅ ſapie̅s q̅ morte̅ ꝯtempnit

De p̅paratio̅e ⁊ deſiderio
bone mortis. Capi. q̅rtu̅

MOrs bona vita̅ mortale̅
in eterna̅ ꝯmutat neqꝫ
bene morientibꝫ mors
vere ꝯtingit. ſed vita multo ce-
lebrior aſſurgit. Vnde Merca-
rius termegiſtus ad aſclepiu̅.
Nos inq̅t p̅pſſimis votis opta-
mus. ſi. Sine placeret voluntati
vt nos mundana cuſtodia ab-
ſolutos ſupioris p̅tis nature re-
ſtituat. Et hec eſt merces pia
ſub deo diligent̅ cu̅ deo viuen-
tibus. Et Ouidius li. tertio me-
thamor. Vltima ſemp expecta̅-
da dies homi̅ eſt diciqꝫ beatus
Ante obitu̅ nemo ſupme debet.
Nam vita preſens beatitudi̅e
frui non poteſt. Mors ideo bo-
na qua vir pius deo ꝯiungit̅.
Vn̄. Ganfredus in poetria no-
ua. Qu̅quide̅ mortem non eſt

vi tate̅ n̄c̄c̄e tra̅ſeat in forma̅ v̄-
tutis. q̅ſi diceret q̅ facie̅da eſt
de neccitate v̄tus. Na̅ tu̅c v̄tus e̅
ſi bu̅ appetis q̄d bu̅ h̄re potes.
Tu̅c eni̅ morte̅ bene habes qu̅
vt bene moriaris p̅uides. Vn̄.
Macrobius li. i. de ſompno ſci-
piois dicit morte̅ philoſophati-
bus eſſe appetendam. Ipamqꝫ
phiaz eſſe meditacio̅ꝫ moriendi
Vn̄. Plato duas mortes homi-
nis nouit qua̅ vna̅ natura ⁊ al-
tera̅ virtutes p̅ſtant. Homo eni̅
morit̅ cum aı̅a relinq̅t corpus
ſolutu̅ lege nature. Mori aute̅
dicit̅ cu̅ ⁊ ipa aı̅a adhuc in cor-
pore conſtituta corporeas illece-
bras phia docente conte̅pnit. Et
cupiditatu̅ dulces inſidias reli-
quaſqꝫ o̅ms paſſiones exu̅it
Et. Hanc morte̅ dicit plato ſa-
pientibꝫ eſſe appete̅dam. Sic
eni̅ mori nichil aliud eſt n̄ vite
voluptates ꝯte̅pne̅. et futura̅ vi-
ta̅ deſiderare. Vn̄. Marcial̅ co-
quus. O dulcia defectu̅s mode-
ratrix carmina ligua. Cantatur
cignus funeris ty̅pe ſui. Itaqꝫ
cignus cantat dum eſt moritu-
rus. Sic eciam ſapie̅s letari de-
bet ſi moriatur melius victurus
Sꝫ mors a plurimis formida-
tur eo q̅ pauci ad bene mori p̄-
parantur. Quomo̅ enim mori
bene poteris ſi tue mortis caſum
no̅ p̅uides ſed vt bene moriaris
opera bona non perficis. Nem-
pe ſi ſcires te bene moriturum

mo̅rti forſitã ita non ɔtradice=
res. Vis aũt ſcire q̃ mors tua e
rit viue ſic ſtudeas vt bñ mo=
ri q̃as. q̃lis enĩ vita fuit tal' ip=
ſa mors erit Vñ. Tullius in li.
de ſenectute. Meditatũ ig' eſſe
deb; ab adoleſceñ vt morte̅ nõ
negligamus ſñ qua meditacõe
tñquillo aĩo nemo eſſe poteſt
cũ certiſſime moriendũ ſit in certo
q; tp̱e. Sapiẽs ig' quiſq; e
q̃ſſimo aĩo morit̃ et ab hac vi
ta diſcedit tãq̃ ab hoſpi° . Cur
igit̃ multis mors eſt ita onero
ſa Jdeo eſt q̃a inopinate mori
untur Nec eciã de futuris boĩs
poſt morte̅ habendis ſollicitant̃
Vñ . Tullius libro de paradoxis
Mors terribilis eſt hijs q̊; vita
cũ laude extiguit̃ ñon hijs q̊rũ
laus poſt vitã manet . Et idem
Tullius in tuſcul' . q. li. i. To=
ta inq̃t ph̃oꝝ vita vt ait catho
Cõmendacõ mortis eſt. Nã q̃d
aliud agimus cũ a voluptatibꝫ
carnis vel corporis aĩm reuoca=
mus. Tũc enĩ aĩam a corp̱e ſe
gregamus vt bñ mori aſueſca
mus . Jlle igit̃ viuens moritur
q̃ carnis deſideria ſequit' . Nã
q̃d eſt mors ñ ſep̱acõ aĩe a cor
pore que tũc ſepa' quãdo volup
tates ipſius non p̱miran' . Vñ ſe
neca in agamenone. O q̃ miſe
rũ eſt neſcire mori. Jlli enĩ mori
neſciunt qui ſe tãq̃ morituros
nõ diſponunt. Nullũ enĩ bonũ
adiuuat habente̅ ñ ad cuius a=
miſſione̅ p̱paratus eſt animus
Jnq̃t ſeneca ad lucillũ ep̃ iiij.
q̃ſi diceret . Nõ ad morte̅ ſic ſe
debet preparare homo vt q̃ poſ
ſidet ſi diligat q̃d perdere nõ ti
meat. Vnde idem ſeneca epiſto
la viceſima ſexta . Qui mo=
ri didicit ſeruire nature didicit
ſup omne̅ potẽciã mors ẽ ⁊ cer
te extra omne̅ potenciã mors ẽ
Quid ad illum ſc; moriturum
arta clauſtra et tanta cuſtodia
Mors enim liberũ hoſtium ha
bet. Jllum igitur lauda et mi=
rare que̅ non piget mori cum a
mat viuere . Que eſt enim vir
tus cum eiciaris exire . Sapi=
ens enĩ nichil inuitus facit. ne
ceſſitate̅ effugit Hec ſeneca ep̃
liiij. O vos ig' ſeculi ſapientes
diſcite p̱uenire morte̅ viã p̱para
te vob' n° differatis neſcitis enĩ
horã q̃ mors ventura ẽ. Vñ . vñ
ficator . Ne ſis ſecurus hodie
vl' cras moriturus . Jntus ſũ fo
ris ẽ plurima cã timoris . Cũctis
his horis hoĩs memor interioris
S; immemores illi inueniun' q̃
corporis d̃ſideria tm̃° imple̅ nitũtur
vtinã ad uterẽt corporis edia fu=
t̃is aĩe ſolacijs coop̱aĩ nõ poſſe
Vñ ſaluſtius in catili. Mors in
q̃t erũpnaꝝ req̃es ẽ non cruci
atus n° mors mala eſt q̃a nul
lũ malũ gl'ioſũ. mors aũt gl'i
oſa eſt. Vñ . et ſenomanus ſibi
morte̅ itulit vt felicit' poſt mor
te̅ viueret narrante lactancio

Et licet benefeciſſe non credat
vite tñ future celſitudinē atte-
ſtat. Vnuſquiſq; igit ſe ꝑpa-
ret vt morte glorioſa finiat vi-
tam. Nam teſte Señ. li. iij.
de naturalib; queſtioīb; Mors
eſt lex tributū officiumq; mor-
taliū malorūq; omiū remediū
eſt. Et ſubdit Mortis igit no-
men ne formides effice illā co-
gitacōe multa tibi familiarē vt
illi obuiam exire poſſis. Vnde
ex ꝓuerbijs ſapientū colligit. q̄
dum vita eſt grata condicō mor-
tis eſt optima Et Boecius li-
bro primo de conſolacōe Mors
hominum felix que ſe nec dulci-
bus annis. Inſerit et meſtis
ſepe vocata venit. Hec ecciā ſepi-
us cōſiderans clare cōſpicō bene
viuē oportere. bene cupienti mo-
ri. Bonaq; mors prebebit que
vitā non poteſt exhiberi preſens
Vnde Seneca xxiiij. epiſtola.
Multū fuit cartaginē vincē ſed
āplius mortē nō timere. cuius
beneficio nil ante ferendum. li-
cet tamen mors vt prelibatum
eſt bona ſit. nulli tamē mortē li-
cet inferre. Vnde Señ. in aga-
menone. Rudis itaq; tyrānus
eſt morte qui penā exigit. Vita
igit quantū deo placet vnicui-
q; permittenda eſt niſi ſceleribus
mors promereat. Ex prelibatis
igit hoc ſuſcipiat documentum
lector vt ſc; bene viuendo mor-
tis propicium vendicet diem.

legēq; moleſte non ferat om-
nib; equā Nā teſte Boecio ij.
de cōſolacōe Mors ſpernit altā
gloriam et voluit humilē. Pa-
riter et celſum caput equatq;
ſūmis infima. Et Oracius in li.
carminū Pallida mors equi-
no pulſat pede pauperū tabnas
regumq; turres Et claudianus
in inuori loq̄ndo morti ait Omi-
nia mors equas tu dampna tu
ta nocentes Tu requiem datu
ra pijs te iudice ſontes Impia
cogentur iurā commiſſa fateri.
Vnde hildebertus cenomanen-
ſis. Mors dominū ſeruo mors
ſceptrum ligonib; equat. Diſ-
ſimiles ſimili cōdicōe trahens
Et Seneca libro iij. de natura-
lib; queſtionib;. Nichil īquit
intereſt vtrū me lapis vnus
elidat aut totus mons premat
Nam habet natura precipuum
quod cum ad exitum venimus
equales omnes ſumus Quib;
attentis. Mors benigne ſuffe-
renda ē animoq; ſollicito vnus
quiſq; ita ſe diſponere habet.
Vt morte veniente obitu ſacro
decedat et pacienter anguſti-
as illius ſuſcipiat

## De paciencia mortis ſub ſpe glorie future C. v.

Milites gradib; periculꝭ ſe exponūt eciā ſub ſpe tēporalꝭ honoris et glorie

Nunquid igitur mors ſapiēti ſpiritualiterq; militanti exiguū generāt faſtidiū. Si ſpes īmēſe īcogitabilꝭ glorie habeatꝭ Nēpe veteres huius vite ſcꝫ future ſub cōſidētia vſq; ad mortē letabunde triūpharūt. Unde Xenefon in libro de cyro narrat qualiter cyrus maior moriens dixit. Nolite arbitrari o filij mei cariſſimi. me cū a vobis receſſero nuſꝙ aut nullum fore nec eīn dū eſſem vobiſcū aīm meū videbatis. ſed eū ſcꝫ aīm eſſe in hoc corpore ex eis rebus quas gerebā ītelligebatis. cū dēq; igitꝛ in celis eſſe credite. etiā ſi non videbatis. Pereat igitꝛ ſtultiſſima eorū aſſertio. qui vitā futurā abnegāt aīamq; putāt mortalē ſicut ēnī plato eam īmortalē credidit vt patꝫ in ſuo phedrone q̄ trāſtulit cicero in q̄ validiſſimis argumētis aīe immortalis aſſeritur. prout narrat Macrobius li. ij. de ſompno ſcipionis Unde cū quidā pdictū librū platonis legiſſet dictus trebrotus Ambraciēnſis aīeq; immortalitatē didiciſſꝫ emuro ſe p̄cipitē dedit pre deſiderio melioris vite Unde tullius in libro de ſenectute Non eſt inq̄t lugenda mors quā immortalitas cōſequitꝛ. Et idē in tuſculanis q̄ſtioībꝰ li. i. Nemo vnq̄ ſn̄ mag ſpe īmōtalitatis ſe ꝓpatria offerēt ad mortē ⁊ neſcio quō īheret mentibꝰ quaſi ſeculoꝝ quoddā auguriū futurorū. Idq; in maxīs ingenijs et altiſſimis animis et maxīe exiſtit et apparet facilime. quo q̄dē dēpto ſcꝫ augurio futurorū quis eſſet tam amens qui ſemper in laboribꝰ et periculis viueret. quaſi diceret nullus. Si igitur innumerabiles gentiles olim morti ſponte ſubiacuerūt Si pro republica tuenda corpori proprio non pepercerunt aut fuerūt amentes quod abſit aut future glorie iocunditatem expectauerunt. O igitꝛ q̄ infelices qui poſt mortē animā cum corpore euaneſcē credunt. Contrā quos Ouidius libro xv. methamorphoſios. Morte carent anime. Et Stacius in thebaidos libro ſeptimo. Ite alacres veſtri nunq̄ morientur honores. Si enim omniū veterū ſapientū ſcripta legerimus omnes vitam fere eternā ſperaſſe reperiemus. Unde Orator libro ſecundo. O quantū per inania mens ignara boni. Certeq; humanum tranſcendunt gaudia votum. Et Tullius libro de ſenectute. O preclara dies cum ad illud diuinum animorum conſilium cetumq; proficiſcarꝛ Et idem Tullius in philippica decimaquarta. Breuis a natura nobis data eſt vita. Sed memoria datꝛ vite ſempiterna

Que ſi non eſſet lōgior quam
hec vita quis eſſet tunc amens
qui maximis laboribꝰ et piculꝭ
ad ſūmam laudēq; gloriam cō
tenderet. quaſi diceret. nullus.
Prout tangit idē Tullius in
alio libro. Et idem Tullius ī tu
ſculanis q̄ſtionibꝰ li. i. Cum in
quit corporibꝰ facilius ad oīnes
